



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput XV. De Baptismo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI. cent, & conferant invisibilem Dei gra-  
A.C. 1548. tiam, non propria rerum externarum  
 virtute, aut merito ministri, sed Domini  
 instituentis, ac secretius operantis,  
 itaque et si decet bonum esse Sacramen-  
 tum ministrum, tamen malus etiam po-  
 test ea utiliter dispensare.

## CAPUT XV.

## De Baptismo.

Joan. 3.

Gal. 3.

**H**oc Sacramentum homini non minus est  
 necessarium ad vitam novam, atque  
 spiritualem, quam nativitas carnalis ad  
 vitam naturalem. Nec salutem quisquam  
 consequi potest, nisi aqua, & spiritu se-  
 renatus, ut Christus ipse testatur. Hoc  
 igitur Sacramentum abluit nos, sanctifi-  
 cat, justificat: hoc Sacramentum facit,  
 ut consequamur remissionem peccatorum  
 nostrorum originalium, atque actualium.  
 Hoc denique Sacramentum tale est om-  
 nino, tamque salutare, ut qui eo initia-  
 tur, induat Christum, ut Paulus scri-  
 bit. Constat autem Sacramentum hoc  
 verbo Dei, & aqua; nam simul, ac ver-  
 bum ad elementum accedit, fit Sacra-  
 mentum, cuius lavacro regeneramur, &  
 mundamur ab omni peccato; itaque quo-  
 ties aquam corpus abluentem cernimus  
 foris, toties spiritum, quem non cerni-  
 mus, intus plus operari cogitemus. Jam  
 formam

formam verborum, sine quibus myste- Sæcul. XVI.  
 rium hoc confici non potest, Christus A. C. 1548.  
 postolis tradidit, cum præceperit, ut in  
 Nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
 sancti baptizarent, buic præcepto Domi-  
 ni, quoties Baptismus confertur, & fi-  
 des accipientis, si adultus sit, pro infan-  
 tibus vero, tum suscipientium eos, &  
 pro ipsis confidentium, tum totius Ec-  
 clesiæ fides, & jungentis ministri ver-  
 bum innititur, quatenus is ait; Ego te  
 baptizo in Nomine Patris, & Filii, &  
 Spiritus sancti. Ac nobis quidem vide-  
 tur, ad exercitandam fidem, consolatio-  
 nemque adulorum vehementer pertinere,  
 ut intelligent, qui in nomine Patris, &  
 Filii, & Spiritus sancti baptizantur,  
 se jam potestate, virtute, & potentia  
 Patris, & Filii, & Spiritus sancti,  
 consecrari, ac sanctificari, seque totos  
 reconciliari Deo, & jam peculium Dei  
 fieri, qui est Pater, & Filius, & Spi-  
 ritus sanctus: in cuius tutelam jam tran-  
 seunt, seque fædere sempiterno cum Deo  
 jungunt, quatenus Diabolo, ejusque ope-  
 ribus abrenuntiant, promittuntque se  
 Deo militaturos: quod autem ad munus  
 baptizandi attinet, etsi hoc ad sacerdo-  
 tes maxime pertinet, tamen Laicus eti-  
 am recte, & utiliter in casu necessitatis  
 baptizare potest: nec si bæreticus bapti-  
 zaret, dummodo debita materia, forma,

Hist. Eccles. Tom. XXXIX. N n nc

Sæcul. XVI ac intentione utatur, Sacramentum hoc  
 A.C. 1548 iterandum est, cum hoc idem non digni-  
 tate ministri, sed veritate verbi divini,  
 & Spiritus sancti virtute constet: quam-  
 quam autem Baptismus afferat omnia in-  
 quinamenta nostra secundum Scripturam,  
 hic tamen non omnem vitiatae natura  
 lanquorem auffert, ut supra monuimus:  
 relinquit enim concupiscentiam ad ma-  
 lum inclinantem, reatu ipso sublato:  
**Concupiscentia** autem illa contra bonum  
 in homine spiritum pugnare non desinit,  
 quoad in hac terra vivimus, in quo ta-  
 men ipsa Baptismi virtus nobis non deest,  
 ut quæ non solum peccati omnis reatum  
 semel ademit, sed contra concupiscentiam  
 adbuc bærentem in nobis desideriorum  
 bella carent, firmat vires nostras per  
 Spiritum sanctum, quo ipso ita munimur  
 contra omnem concupiscentiæ vim, ut re-  
 sistere ei, ac prævalere possimus, monen-  
 te Apostolo: Spiritu ambulate, & desi-  
 deria carnis non perficietis, bælenus  
 de Baptismo.

Gal. 5.

## CAPUT XVI.

## De Sacramento Confirmationis.

Ipsam confirmationem celebrarunt Apo-  
 stoli, cum Samaritanis imponerent  
 manus, cum utili bujus efficacia, ut in  
 actibus Apostolorum scripium est, &  
 quod